

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Aliquot nomina propria Germanorum ad priscam
etymologiam restituta**

Luther, Martin

Helmstadii, 1663

[urn:nbn:de:bsz:31-67714](#)



80A 8946 R

~~KSIFCARNIA~~


Rf
ST

QF. 39

71734

Theol. 535-

list.



Conspectus
Dissertationum ad histo-
riam Lutheri, refor-
macionis, A. C. et
Ecclesiae Luther.
spectantium.

1. M. I. A. W. de Lutheri o-
ratoria in omnibus
2. Daenawen Memoria Thos-
sae strandi Lutheri.
3. Valeutini Alberti; de virtute
reniora, Lutheri, Matthiae Fla-
cii et Iacobi Andreae.
4. Scharffii, loc. Lutherus re-
formator.
5. C. T. Rangouist editio Pontifi-
ciis Rom. Leonis X. literae in-
dulgentiarum.
6. Danielis Graueni in catalogo
memoriam Lutheri oratio, qua-

- lexam annual sit papa natus.
7. Joh. Wencesl. Dens Lutherus
cum sole comparatus.
8. Professis Ursprungis dicitur
durchs Preßfitt, J. Nodli
~~Lutherus~~ ^{propter intentionem adhaeret}
~~Erffurthi~~ ^{den doctri} et fuit p. in Halysitum apud ⁱⁿ ~~doctri~~ ⁱⁿ
9. Joh. Baldas. Bernhold de Cha ^{doctri} ¹⁶⁰³
racteribus pseudoprophetani
in Dr Martin Lutheru mirabile
ouitur obat.
10. Laurentii Hiodmanni oratio
de praecipuis dicitur beneficis a
deo per VII. Saxonie Electores
et J. Martin. Lutherum et J.
Philipp. Melanchthonem in aca-
demiam Witstock. collatis.
11. Joh. Fr. Mayer, utrum B. lu-
therus philippo landgrauio
brigauiam concessent.

12. Joh. Andr. Danzij, pro la-
tore ex acriusua stylis re-
prehendo.
13. Paul. Iacobi Eckhardi Vindis-
cial d. Lutheri et d. Melanch-
thonis ad infamia pretiosa.
14. Martin. Lutheri aliquot noui-
na propria germanorum.
15. Niccol. Leicesteri oratio his-
nra de miseri, cariss et pru-
gresu C. A. et de vita ac
laboribus d. Mart. Lutheri, po-
streuae actatis Eliae.
16. Gottlob Wernsdorpii, Augustla-
nue confessionis historia.
17. Joh. Balthas. Bernholdi de fi-
dei formula cum praecipue A.
C. ruschia et ora.
18. Alc. Georg. Schwarzij de stylis
A. Conf.

19. Io. Christ. Grossi de Augusteana confessione Pauli dot.
Sci, medis Hohenfis cura gra-
ce redditia.

20. Io. Wilhelm. Hoepen, de auto-
nitate A. C.

21. M. Heus. Christ. Grelli de di-
uinae prouidentiae vestigie
u. traditiae A. Conf. negotio.

22. Erasm. Barthol. Egerland
de Regulan. suum cui uauis ait
coram A. C. prouidentia.

23. Andr. Westphali de ducu
monasteriorae pro studio servatae
A. C. et.

24. Acad. Franct. La misericordia se-
cularia u. A. C.

25. Gerhardi Pizi, vindicta A. C.

26. Acad. Vindictae Lutheranae.

27. M. And. Dau. Carli de Religio-
ne Lutherana.

28. c. Tib. Rangoris, ecclésiarum
lutheranarum non schismatisca,
et.
29. Levensai lustrupis Anglia
planiuit modis lutheranizans.
30. crud. sub Heit. Gottfr. Mario
Gallia multe modis lutheran-
izans.
31. Joh. Ralphianni præcea refor-
mationis lutheranae tuba de
perpetuo clericalorum iobi-
tae. Additus est catalogus
doctorum et professorum theo-
logiae in academis Wittenber-
geni.

Friars.

XIV.
ALIQVOT
NOMINA
PROPRIA
GERMANO-
RUM

*AD PRISCAM ETYMOLOGIAM
RESTITUTA.*

MARTINO LUTHERO THEO-
LOGO.



Centifol. Luther. p. 799.

HELMSTADII,
Typis & sumptibus JACOBI MÜLLERI,
Anno CIO. IOC. LXIII.

a.u


15 am. 82 A 8946 R



LECTORIBUS
S.

Exemplum dedi vobis ut
plura & meliora faciatis.
Valete.

M. L.



ALIQUOT NOMINA
PROPRIA GERMANORUM AD
PRISCAM ETYMOLOGIAM
RESTITUTA.

NOMINA PROPRIA

*habentia Blff seu Blff sunt vere
Germanica, ut:*



Dolphus à Latinis corruptum est, sed Germanicè dicitur *Xathūlff*/ id est, consilium & auxilium. Salus enim seu Auxilium dicitur *Hūlff*: *Xat*/ consilium.

Lodolphus corruptè Germanice dicitur *Euidhūlff* seu *Leudhūlff*. *Lude* u Hollandico vel *Leud* Suevicâ diphthongo, significat homines in pluri. Est igitur *Euidhūlff*/ Græcè Alexander,

Landolphus, pro *Landhūlff*/ id est terrarum salus seu regionis auxiliator.

Gangolphus, pro *Ganghūlff*/ prosperum auxilium, quod procedat feliciter. Et verso vocabulo, idem dicitur *Hūlffgang*/ quod pereram dicitur *Wolffgang*/ quasi lupum procedere dixeris. Venit hoc virium ex lingua Belgicâ quæ adhuc hodie vocales ita torquet, *Huolffgangus*/ cùm *Hūlffgang*/ vult dicere, quod aures imperitæ accipiunt, quasi *Wolffgang* Wolff enim Lupus est.

Arnulffus, pro *Ehrenhūlff*/ honoris auxilium, qui juvet & promoveat honesta & virtutem. Perpetuò enim Latini, A, scribunt & pronunciant, ubi Germani, E, seu diphthongum & habent, & adspirationes omittunt.

Gandolffus, videtur esse idem, quod *Gangolffus* vitiato
per D.

Ulfarus, id est, *Hülfser* seu *Helffer* / *Salvator*, *Auxiliator*, *Alexius*, *Josua*, *Jesus*, *Esdras* & cetera.

Minulfus, absque dubio, *Meum auxilium*, seu *salus mea*. *Myn* enim *Saxonice*, *meum* significat, inde *Myn Hülf*.

Aistulphus, est *Hasthülf*/ *festinum auxilium*. *Hast Saxonice festinum*, *acrem*, *ardentem* significat.

Agilulphus, qui est vel *Eilhülf*/ id est, *citum*, *velox auxilium*, idem ferè quod *Hasthülf*. *Eil* enim significat *festinationem*, *celeritatem*. Vel quod hodie exstat in usu, *&itelhülf*/ *vitiose Eilewolff*: quasi dices, *plenum & merum auxilium*.

Wolfart / *corruptissimum*, pro *Hülfrat*. *Est* enim *versum nomen*, *Rathülf* / *quem Rodolphum* vocant, ut *suprà*.

Adolphus valde depravatum, *hat Hülf* dici debet. *Sic* *Latini regem Longobardorum Athulphum* vocant. *Est* autem *Hatto* seu *Hatto* idem, quod *Pater*. *Unde adhuc hodie* in *Hassia*, *pueri* appellant *Patres* suos *Hatto*, *A Italico* seu *Ecrasso* & *diphthongo*. *Ita Hathülf* est *Pater auxilians seu salvans*. *Et credo Chattos*, *quos nunc Hessos* vocamus, *pri-
scio vocabulo Hattos*, id est, *patres*, & *Hattiam Patriam* *appellatam* *esse*. *Sic Episcopus ille Babenbergensis Hatto*. *Et* *alius Otto*, *quod idem est*. *Nam Otto* sine dubio per *Latinos* *omissa adspiratione* (*sicut alias ferè semper faciunt*) *pro Hatto* seu *Hatto*, *depravatum* *est*. *Ergo Imperatores illi tres Ottones* *debent Hatti* *appellari*. *Hatto post Hatto regnavit tertius Hatto*. *Nec mirum* *est* *linguam ab imperitis depravi*. *Nam nos vicissim*, *regnante barbarie*, *Latinam linguam* *egregiè corrupimus*. *Eadem ignorantia* *credo corruptum*

ruptum esse, ipsum capitale nomen nationis nostræ, scilicet *Germania*. Verisimile est enim latinos Historicos falsos esse in litera *H*, & eam pro *G*, inspexisse, vel etiam auditu non satis discrevisse cum fortis adspiratio *H*. propinquè sonet Literæ, *G*. Igitur *Hermaniam* puto nostram Nationem olim dictam, sicut & ille præstantissimus Dux, qui Augusti Legiones cecidit, perperam *Ariminius* ab Italîs dicitur, cum sit revera *Herman*/adhuc hodie vulgatissimum nomen. Est autem *Herman*/vir exercitus, seu Dux belli. *Heer* enim exercitus, seu bellum est, unde dicitur *Heerfart*/id est, expeditio bellica, inde *Hermani*, *Hermania*, id est, bellicosi, bellicosa. Idem vitium accidit nomini *Segesto*, qui ficer fuit Hermanni, scilicet pro *Hengst*/corrupta litera *H* in *S*. Nam adhuc durat nomen cuiusdam Ducis Angrinorum, apud Germanos, *Herzog Hengst zu Engern*. *Hengst* autem significat caballum, vel equum bellicum, ut *Hengst* idem ferè sit, quod eques, vel Philippus, puta virum equestrem. Et episcopus Coloniensis adhuc hodie se nominat *Ducem Angrinorum*, *Herzog zu Engern*/male *Angrivariorum* scribunt Latini: Et *Anglia* quasi *Angria*, dicitur ab istis *Angris* seu *Engern*/unde *Anglia* adhuc magna ex parte Saxoniam linguam habet. Et aliis cogitandum relinquo, num & illud vocabulum *Alemanni*, *Alemannia* sit corruptum, pro *Adelmanni* *Adelmannia*, sicut ego suspicor.

OMNIA NOMINA

*habentia Brenn vel Bryns sunt
Germanica, ut:*



Renno vel Bryno Dux Gallorum contra Romanos.
Ethodie frequentissimi usus *Brenno* seu verius *Bryno*,
y Pythagorico, vel u Hollandico. Inde *Brun-*
swig

NOMINA PROPRIA

*
Swig seu Brynswig / id est , arx Brenni , ut loquuntur . Idem :
Brennung / quod hodie per omnes aulas profertur corru-
ptè , Brandenburg . Nam ipsi cives ejus urbis in Marchiâ
adhuc hodie appellant eam civitatem Brennung / id est ,
castellum Brenni , non Brandenburg . Est autem Brynn seu
Brenn (ut antiqua carmina Heroum indicant) Galea , præ-
sertim cristata seu cornuta . Ergo Brenno est Galeatus . Et
Brennung vel Ducus Brenni castellum , vel Brennorum præ-
sidium seu Galeatorum & armatorum ad tutandam regio-
nem . Et Scarabeus iste majusculus , Galeatus , rubris cor-
nibus , & alis testaceis armatus Husbrenner dicitur in no-
strâ regione .

Hiltebrand pro Heltbrand / id est , Gigas & Heros Bren-
norum , seu caput & Dux eorum . Hodie Heuptman über
den Reisigen zeug . Helt enim Heroëm , velut Achillem vel
Hectorem significat .

Luitprand Rex Longobardiae , pro Lutbrenn , id est ho-
minum Galea , qui homines armis tutatur . Diximus enim
Luit / Lyt / seu Suevicè Leute / significare homines , numero
plurali .

Aisbrand , Rex Longobardorum , pro Husbrenn / id est ,
domus tutor , seu qui armis domum & familiam tuetur .
Huis seu Hus accentu circumflexo Saxonice domum signi-
ficat .

Fuchsbrand / id est Fussbrenn / pedester miles , tamen
Galeatus . Et videtur dici relativè ad Heltbrenn / quasi hic
Eques Galeatus , hodie Heuptman über das Fussvolk / vel
Weibel : Ille pedes Galeatus sit . Fuß enim circumflexe
pedem significat . Vides ergò Brenn / bellicam & militarem
vocem esse .

OMNI-

OMNIA NOMINA

In R̄ch sunt Germanica.

Siderich / Pacificus, Salomon, Irenaeus. Cæsar, Vi-
ridorix, Epidorix, quod per Longobardos jam Ita-
licum factum est: siquidem & Itali R̄c vocant divi-
tem. Est autem R̄k seu R̄ch Suevici Reich / dives. Sic di-
citur flumen piscosum, Fischrich. Terra fertilis; Kornrich:
Pecuniosus, Geldrich.

*Arrigis Rex Longobardorum, Ehrich / hodie satis fre-
quens nomen, id est, dives honoris, qui in magnis hono-
ribus est.*

*Alaricus Rex Longobardorum, Ulrich seu Ullrich dicimus,
sed verius Alrich / id est, omnibus abundans, Pantoplusios
ωατωλησι. Huldrich est aliud nomen, vel fictum potius
de novo.*

*Attalaricus, Rex &c. pro Hattalrich / id est, pater per
omnia dives.*

*Emerich, id est, Emrich / semper dives, nunquam de-
ficiens. Hinrich / hunc Julius Cæsar vocat, Vercingetorix.
Sed scriptorum vitio confusis, transpositis & corruptis lite-
ris. Voluit enim Saxonicum illud, Hertoge Hinric scribere,
id est, Dux Henricus. Et postea scriptores mutarunt H. in V.
& transposuerunt toge, post, Hin & geto fecerunt. Sed vox
hodie celeberrima satis convincit codicum mendas. Saxo-
nice enim dicitur Hertoge Hinric. Suevice Herzog Heinrich.
Hertog seu Herzog / est idem, quod dux, ab Heer / id est, ex-
ercitu & Zog seu Zihen / id est, ducere seu proficisci in bel-
lum. Significat a. Hinric id quod intus seu domi dives, seu
familiarum dives, multorum pater & gubernator, velut, si
Abraham Hebraicâ æmuatione velis dicere, Patrem multa-
rum, scilicet familiarum.*

Dietrich

Dietrich Græce Theodorichus dicitur, à Deud seu Dūd/ y Pythagorico, vel u Hollandico: quo nomine dicuntur Germani Deum nominasse. Et Historici per T scribunt Teut. Verū ipsa pronunciatio adhuc durans, testatur, Dūd/ seu Dūd/ esse dicendum, licet & ipse Cæsar semper T scribat, ubi D pronunciatum audivit ex ore Germanorum, ut infra dicetur. Ab hoc Deud/ dicimur nos Germani Deudisch/ id est, Deudici. Sed Saxonica dialecto Dūdisch/ y Pythagorico, seu u Belgico. Nam in talibus omnibus vocabulis spectanda est dialectus Saxonica, quā olim tota Germania est usa. Ita Germani à DEO suo nomen sumserunt, quem Deut seu Dūd appellavere, quemadmodum posteri corum se *Gottes* dixerunt à Got/ id est Deo, quem Gut vocant etiam hodie illi ipsi Goti, nempe Dani, Suedi &c. Sed tota germania Got. Nam Goti fuerunt Germani. sed quia tam Got/ quam Gut/ accentu circumflexo pronunciatur, factum est, ut eosdem & Gætas per diphthongum Historici appellant, Gut verò significat, Bonus, Bonum. Et appetet hoc nomeu Dūd manasse ex Hebræo, Dōd/ יְהוָה quod significat avunculum amicum, amorem. Ita antiqui & primi Patres Germanorum, Deum voluerunt nominare Dōd/ amicum, amorem, avunculum, quemadmodum Israelitæ eum Baal, id est herum, sponsum, seu maritum vocabant. Sed nec ipsum Græcum Θεός longum dissonat à voce Deud seu Dūdisch/ si pronicies, Teuds seu Teudsch. Neq; dubium est Deus Latinum, à Θεός Græco venire, sive voluerint th per d Raphessare sive Dageßare. Nam alij T Raphessant per th, alii per d. Ita est magnus symbolismus inter istas literas tenues, aspiratas & medias. Inde nomen deminutivum Dōdle/ quem Itali Totila vocant. Sed Germanis usitatissimum Dēzel/ Dizel/ Dözel/ quia tz mutant Italia in tt, ut Hafzia, Hattia, Hatti, Hesi, seu Chatti. Non est dubium quin Rex Detzel, vulga-

vulgatâ lingua dictus sit ille, *Tottila*, Nam itali non scribunt *Dezel*, sed *Dottel* seu *Tottila*. Et sicut ille dixit, facetè quidem, sed vere: Itali & Galli aliter scribunt, quām loqvuntur, & aliter loqvuntur, quām sentiunt: Ita hic ore pronunciant *Dōzel* / & tamen scribunt *Tottila*: pronunciant *Ezel* / & scribunt *Attila*: pronunciant *Atzio*, & scribunt *actio*. Pronunciant *lesere*, *asere*, *disere*, & scribunt *legero*, *agere*, *dicere*. Sed & Franci nostri adhuc hodie vocant *Dōd* patrinum seu patrem spiritualem, qui per eum è Baptismo suscepit. Hinc est ille *Didrich* seu *Dürdrich*/ dives in DEO, Divus, Divinus. Et *Theios* Græcè seu *Eusebius*, Pius.

NOMINA IN WICK ET ICH SUNT GERMANICA,

ut:

VITIGIS Rex longobardorum. Sed recte *Witich*. Hunc Cæsar, *Divitiacum* vocat. *Witte* autem Saxonice est prudentia, inde *Wittich* prudens, peritus, cordatus.

Hedævvigis regina, rectius *Hettowig* / patris refugium. *Wick* enim Saxonibus refugium significat. Inde *Brynswig* / seu *Brunswig* / ut supra Ita *Öhwig* / *Coswig* / *Herdwig* / *Lodowicus*, sed male, *Lydewick* Saxonice seu *Leutelwick* Suevice, id est, populi seu Hominum refugium & solatum. Hunc Cæsar, *Lyravicum* appellat, volens Saxonicum imitari, & *A*italicum pro *E* crasso, & *y* pro *u* Hollandico, usurpavit. Hunc Galli crassissime nominant, *Clodovænum*, inflata per guttur litera *L*, & *Wick* in *veus* mutato.

OMNIA NOMINA IN WALT

SUNT GERMANICA, UT:

QStralt / rectius *Huswalt* / gubernator domus, praefectus, & economistus, qui nunc in aula vocatur *Ho-
femeis*

s
femeister. Walt enim significat potestatem , magistratum vel gubernandi facultatem. Inde vox auspicantium aliquid , Das walt Gott / Deus gubernet hoc.

Ehwalt/syncopatum *Ehald*. Sed dicendum *Hege-*
walt / qui potestatem vel officium custodiendi & servandi
habet. *Hegen* enim significat custodire. Inde nomen
Heger / quem nunc *Hoyer* vitiouse dicunt , id est , servator ,
custos. *Servarius* Latinè: in aula, *Rämmiger*/ *Rentmeister*.
Sic agrum , pratum , lignetum seibus circumscriptum vo-
catur , *Gehegt* / scilicet quod ab usu publico separatum &
custoditum est. Et consistorium , tribunal seu sacer circu-
lus (ut Homerus loquitur) vocatur *Gehegte Bank* / *Gehegt*
Gericht / *c.*

Sebald/ *Sebaldus* hoc est , *Seewalt* accentu circumflexo in prima , est relative contrarium *Hegiwalt*. Ut *See-*
walt sit ille oeconomus , qui foras exportat , seminat , plan-
tat , arat , colit terram , rus , hortum & alia. *Hegiwald* / qui
collecta , demessa , decerpta recipiat , domum vehat , con-
dat ac custodiat. Illum *agricolam* (Græcè *Georgium*) *hunc*
promum dixeris.

Wilibald/ *Bilibald*/ rectius *Vilewalt* / id est , multis præ-
fectus , multa gubernans , quasi supremus vel major gubernator super cæteros. *Vel* enim , accentu circumflexo , Sa-
xonicè multum significat. Aut à *bonitate* , *Wolvalt* / bene
gubernans , velut omnis boni gratiæ (ut plurimum solent
Germani) sic vocatus.

Tipold / *Theobaldus*. Sed *Ditwalt* (per h Græcum) *Dit*
(ut supra) dominum , possessionem significat. *Dietwalt*/ præ-
fectus dominii , vel *Deudwalt* / *Düdwalt* / Dei potestas , ut
suprà in *Dietrich*.

Grymoaldus Rex Longobardorum , *Grimwalt* / iræ po-
testas

testas. Videtur fuisse antiquis nomen judicariæ potestatis, quæ exerceat iram in facinorosos, sicut nunc est judex, qui tradit tortori puniendum. Nam quod hodie Richter/Richter dicitur, novum esse apparet, cum Richter propriè in bonum non in pœnam sonet, velut impedita & perplexa expedire & explicare. Estq; operatio propria intellectus, inde recht/ richtig/ sicut lineam rectam, viam rectam, contra curvam, perplexam dicimus. Richter igitur rectificare est. Inde Berichten dicimus, hominem docere, informare, instruere, ex errore ducere. Lieber bericht mich des/ re. Est igitur Grymwalt/ iræ potestas. Et Italiuu, in o mutant, sonno verborum capti.

Adoaldus Rex Longobardorum ab Otto, seu *Hatto*, *Hettwalt*/ patris potestas, vice patris, tutor, patronus. Et hodie causidicis in usu reliquum est, *Anwalt*/ patronus, quod an corrupte & pro tt scriptum & lectum sit, ut Anwalt pro Hattwalt nunc dicant, non satis scio.

Rodoaldus, Rex Longobardorum. Hoc vel à Rat (sicut supra Rodolphus) *Ratwalt*/ consilii potestas, consilendi potestas, *Consul*, vel à Ritter/ id est, salvare, liberare. *Rotwalt*/ redemptor, liberator, creptor, sicut alius Rex Rotharis dicitur, qui absque dubio est Ritter/ id est, liberator, salvator.

Garibaldus *Berwalt*/ *Garwalt*/ hodie, *Volmacht*.

OMNIA NOMINA

In Win sunt Germanica.

*V*ictor/ *Volgewin*/ *Victor* populorum, *Nicola-*
us, Nicodemus.

*B*aldwin Balduvvinus, cito vincens, *Esaia* 8.
cito prædare.

B 2

Albinus,

Albuinus, Alguinus, Alcuvinus, Alboinus, Allewin/Allewin/omnia vincens, Rex Longobardorum.

Andoinus, si Italico more n pro l. scriptum est, idem quod Alboinus est. Illi enim scribunt, Bononia, cum dicunt Bologna. Alioqui erit Handwin/ id est, victrix manus, & invicta bello dextera.

*Goswin videtur esse Hugwin/ victor domorum, vitia-
ta per Gut frequentissimè fit. Sed melius, Josquin/ quod
nomen insignis Musicus in Belgico celebre fecit. Est au-
tem Josquin deminutivum, à Jost seu Justo. Sic enim illi
loquuntur blandiendo pueris, Justkin / id est justulus, justi-
nulus. Nam quod Jobst quidam dicunt, est crassities supe-
rioris Germaniae, qui etiam Sanct Jos vocant idolum &
figmentum illud Anglicanum.*

O M N I A N O M I N A

In Old sunt Germanica.

*A rnoldus, Germanice, Ernhold/ honestus, amans ho-
nestatis & virtutis. Sic hodie Cæsar is caduceator vo-
catur Herhold/ id est, Ernhold / qui virtutem & ho-
nestarem querat & servet.*

*Leupold/ hoc proprio dici debet, Liebholt / nomine com-
posito, sicut Rathulff / &c. Quasi dicas Lieb und Hold/ ama-
bilis & dilectus, Erasmus, Amandus. Lieb enim est Amatus
vel Amabilis. Hold est gratia, qua diligo. Inde dicitur Hol-
der Bule/ id est, chara sposa vel amica. Er ist mir nicht hold/
id est, non diligit me.*

*Diepolt. Hunc alii faciunt Theobaldum, alii Hippolytum.
Sed Theobaldus nihil valet, in ullâ lingua. Estq; certo fig-
mentum. Si Hippolytus est, potest H. in D. mutatum esse,
& tum non est Germanicum, sed Græcum, qualia valde
multa*

multa sunt in Germania. Ego puto idem esse, quod Liebhold / & Labdacis mo aliquo vitiatum nomen: quia omnes qui laborant Labdacisino, pronunciant insyllabæ initio d. & penne n quoq; , cùm tamen l in fine syllabæ rectè pronuncient, sicut accidit & in litera r. aut syllabam ab r. incipere non possint, & tamen bene possunt finale r. dicere.

OMNIA NOMINA

In Man/ Mund/ sunt Germanica.

German / de quo supra, quem Itali Ariminium corrumpunt, scilicet, dux exercitus, vel bellator.

Hartman / vir fortis, Andreas. Hart enim durum, fortem, invictum significat passive, qui non cedit, sed perdurat. Est autem Man componibile nomē, tam frequens in Germanicā lingua, quam est ullū in Græca & Latina. Sic dicunt: Haufman/ Eheman/ Dorffman/ Schwerdman. Et ferè quoties verbale nomē deest, componitur Man cum verbo, ut:

Segeman (quem sigismundum dicunt longe corruptissimè) quasi dicas vīctor, seu vir vincens, Victorinus. Sieg enim vīctoria est. Siegen vincere significat.

Bohemundus, Wogeman / id est, audax, Audentius, qui rem fortiter audet aggredi. Nam vitium scriptorum in Bohe certum est, cum Woge audierint.

Raymundus eisdem vitiis dicitur, pro Rymeman seu Rügeman / id est, quietus, tranquillus, vir quietis. Hebraice Noah: sicut Numa Pompilius, Salomon, sine bellis, &c.

OMNIA NOMINA

In Werd sunt germanica.

Albrecht certum est, Adelwerd compositione appositi-va, quasi Edel und werd / pretiosum & charum, sicut B 3 gemmas

gemmas vocamus *Edelstein*/ id est, pretiosos lapides. *Werd*/ est charum & pretiosum. Et videtur ista geminata ejusdem significationis, compositio emphasim habere. *Albrecht/ Alprecht*/ vitia sunt.

Hildebertus, *Heltær*/ id est, Heros charus & pretiosus seu rarus, vel *Hold* und *Werd*. *Holdvverdus* *Holdselig* hodie.

Digobertus *Tugenerd*. *Tügen* est in pretio esse, valere aliquid, utilem esse, inde *Tugend*/ virtus, valor, factum honestum. Sic dicitur: *Er thet mir alle Tugend und Ehre*/ ist est, exhibuit mihi omnem virtutem & officium.

Fulbertus, hic est, *Wolwert*. *Wolvverdus*, eadem emphaticâ compositione, digne dignus, chare charus.

Aripertus, *Rex Longobardorum*, id est, *& hrenerd*/ honoratus, & charus, honore dignus, *Honorius*.

Liebenwerd/ id est, *Lieb* und *Werd*/ sicut *Liebhold*/ *Kathülf/ Kathülf*/ compositione Germanicâ. *Werd*/ id est, charum. Inde civitatum nomina *Dunawerd* & *Verda*. Et in feminino *Wolwerd*. *Walprecht/ Walpurg* *vitosissime*, *Eucharia*, *gratiosa*, *venus*, *venusta*.

Gunibertus, nomen depravatum, sed optimi ominis. Est enim *Künenerd*/ id est, audax seu fortis & simul charus qui foris sit fortis, & domi charus; & qui bello & pace fioreat. Et componitur *Kün* circumflexo, & *u* *Belgico*, & *Werd*/ fortis & charus.

Humbertus, id est *Unwerd*/ non charus. Extat familia nobilis hoc nomine, & videtur humilitatis virtute hoc nomen esse quæsumus, quasi diceret: *Noli curare sublimia, præstat humili loco contentum esse, quam Tragicâ gloriâ charum fieri velle*. Et forte idem est *Kunibertus* mutatis invicem *K, G, H*, *Belgico* more.

Sigisbertus hoc est, *Siegwert*/ id est victor esto & charus simul. Nam *victoria* insolentes facit, sed *clementia* facit *siguverdum*.

Symp-

Symprecht/ Symphorianus. Ah quām prolixis & liberis
depravationib⁹! cūm idē sit, quod Siegebert/m prog posito.

Lampertus, id est *Lange und Werd* / quod est, diu char-
rus, quia beneficia citō oblivioni traduntur, & rarus, vel
nullus potiūs invenitur *Lange V Verdus*, seu diu gratus.

Roberius Ruprecht utrumque vitiosē, sed Ratwerd dici
debet, ut qui Radt und Werd sit, qui consilio valeat, & cha-
rus sit. Sicut Tugewert facto valet & charus est, quia rarō
chari manent boni consiliarii id est, verē Ratverdi.

OMNIA NOMINA

In Rat sunt Germanica.

RAT per test equivocum. *Primo* singularis tantūm
numeri significat consilium: non enim pluraliter
dicitur die Rāte / consilia. Inde Rathus / Rathern/
Senatores, Senaculum. *Secundo* significat ipsos consiliari-
os, inde pluraliter die Rāte / à Italico seu æ diptongato.
Tertio, successum, fortunam additā syllabā ge. Hinc Gera-
ten / Ungeraten/ Wolgeraten. Sed claret, hoc esse derivati-
vum à Rat Est & nomen Rad per d. plurale Rāder/ id est,
rota, rotæ, sed hoc nihil ad propositum. Sic igitur dicitur.

Gebhart/ rectiūs Gebrat / è puro, qui potens est dare
consilium, dator consilii.

Volrat/ Wolrat/ bene consulens, bona consilia habens,
Eubulus. *Qui autem volet, potest dicere, Volrat / id est,*
Wolgerat/ fortunatus, felix, prosper, sed non placet.

Conrat/ Kunrat/ accentu acuto in priore syllaba & u
Bellico. Valens consilio, sciens consilium, prudens, pru-
dentias. Hic per syncopen dicitur: *Kurt/ Kuns/ Künzlin/*
Kunzel/ in quibus indicat litera u esse dicendum Kunrat/
per u non per o. Kunnen est scire, seu scientiā valere.

Burckar-

Burckardus, Burgrat/ consul arcis, civitatis. Civitates enim Burg dictæ sunt; Et cives, *Burgenses*, & adhuc hodie *Bürger*.

Eberhard/ rectius *OberRaht*/ supremus consul, proconsul.

Ricardus, *Ricardus*, *Reichrat*/ *Ricrat*/ vel à divitiis, quasi dives consilii: vel verius *Refrat*/ consul inter *Gigantes*, nobiles, *Heroës*. *Recte* enim significat proceros, magnos, *Heroicos*, fortes viros, *Gigantes*. Hunc hodic videntur appellare *Kriegsraht*.

Oldradus, hoc per se patet, esse *Altrat*/ seu *Saxonicè Olt-*
rat / Senior, senator vel Senatus, & dicuntur fortè, contra juveniles Senatores, qui imperitiā & stultiā suā evertunt *Respubl.* Alioquin hodie dicuntur *Altrat*/ *Newrat*/ qui per annuas vices succedunt in magistratu.

Eckhardus, *Eckart*/ sed mēā imaginatione *Hegerat*/ ab *Hegen*/ ut suprà, servans, custodiens prudenter & consultè. Et ille *Odoacer*, ab Italib dicitur, est *Hett-heger*. Quia *Ost* seu *Od* ut diximus, est *Hatto*, *Hetto*. Sic *Hett-heger* est pater custodiens, servans, tuens. Hinc *Eck*/ *Wolffs Eck*/ rectius *Hege*/ *Hegio*: *Hülfsshege*/ custodia salutis, salus custodia. Vel si à fortunā *Rat* dici voles, erit *Hege Rat*/ servans parta, quia *Rat* & *Unrat* Germanicè dicitur, quando res bene & male curantur, quasi per hoc bene vel male rei familiari consulatur. Sed prior Etymologia melior est.

Marquardus, crassè nimis, pro *Margrat* seu *Markrat*/ consul provinciæ. *Mark* significat limites: ergo certæ regioni limitibus suis deputatae hic *Margratus* præst.

NONINA IN HÄNE

sunt Germanica.

Hart significat Robur, Fest / Stare.

Wolfrat

Volefrat robur, columen, sustentator populi, Demosthenes.

Eenhart robur Leoninum, viriliter agens & impavide.
Sic dictus est LEO Dux Hinricus Brunsvicensis, &c.

Bernhart / robur Ursi.

Ehrhart / robur honoris , seu honestum robur, qui viriliter honesta tuetur.

Degenhart / robur virtutis, scilicet , qui constans & firmus est in virtute , nec flectitur , nec corruptitur Degen enim est à Dügen/ valete, validum esse, ut Saxonice dicitur: He dede my alle Ehre unde Dūgent / id est , omni genere virtutis & officiorum me affecit. Inde enim Dugent y Græco (tugent alias) virtutes. Et est illud καρδία, quod Cicero officium vocat Latine.

Reihart/ fortè Rugenhart/ pacis robur, vel Regenhart.

Gotthart/ robur DEI, Gabriel. Nisi hoc velis ab Art duere , quod est ingenium seu natura. Ut Gotthart/ sit Guttart/ bono ingenio , Guter Natur/ Fromb/ Agathus , Agatha. Sicut & Reinart possit dici , puro & pudico ingenio , catharus , catharina. Hort substantive dicitur ab hart adjectivo , firmitas. Sic Deum appellamus , unser Hort/ ubi Hebrei Petram eam vocant. Inde Horrig/ bonæ & firmæ valetudinis, sanus, vegetus.

RELIQUA QUÆDAM.

Tortila supra dictum est , esse Dökel sive Dözel / à voce Död/ per diphthongum , æ. Sic enim Franci dicunt, Mein Död. Död autem vel Deud est nomen DEI , ut supra. Ergo Tortila est Dodla/ Dözel/ quasi parvus DEUS , vel Deuneulus , Gottlin / mutata st in duplex / vel z : seu Hebraicum Than. Debent enim esse Göttlin / seu minores

Dij sub Deo vero. Historici hunc vocant *Taxillo* vel *Thafilo*, satis crasso gutture. Idem factum est nomini *Attila*, quod *Hettila* seu *Hottile* potius dici debet, & per *Thau* fit *Hosle*/ *Hözel*. Est enim diminutivum ab *Hatto* vel *Hetzo* & *Hora*, qui amissâ adspiratione Otto / & hinc otte dicuntur, satis in usu adhuc hodie. Unde & urbs regia in Hungaria, *Buda* seu *Oben*/ germanice dicitur *Hetzelsburg* arx *Attila* seu *Hettila*, quia *Hettila*, Rex Hunnorum ibi regnavit. Est autem *Hattela*, paterculus, parvus pater, germanice *Veterlin*.

Carolus seu *Karolus*, haut dubie est illud Saxonum *Kerle*/ per æ diphthongum, quam illi semper faciunt A Italicum. Est autem *Kerle*/ vir proceræ staturæ, & grandis corporis, qualem fuisse Carolum primum scribant.

Alphonſus, *Alfonsus*, valde prope est, si non ipsum est, *Helfuns* / adjutorium nostrum. Quia Itali (ut dixi) adspirationes omittunt, & *A ex E* faciunt.

Ariovistus (sic *Cæsar*) alii pejus *Ariovistus* per *V*, est *& H- genbest*/ & est per syncopen, *Ehrnſt*. *& Hrnbest* autem hodie est titulus Nobilitatis, præsertim equitum auratorum, quod sint honestatibus tenaces, & esse debeat. Id enim sonat ea vox.

Marobodus, sic Latini: sed Germani *Mehrerbod*/ per syncopen *Mehrbor*/ circumflexo accentu, licet crassilingues Germaniæ superioris depravent, in *Vogt*. Est autem *Mehr* major, unde adhuc Sanctum Jacobum Majorem appellant. *S. Jacob den Mehrern*. Et *Moraviam* nos *Mehren* dicimus hodie, fortiter scilicet hoc nomen ab ipso *Marobodo*, id est, *Mehrer Bod*. *Bod* vero venis à *Boden*/ quod est forvere, alere, enutrire; sicut parentes alunt liberos, & animalia suos fœtus. Iḡ tur *Marobodus* est, der *Mehrerbod* / id est, alumnus major, superior eminentior, reliquias vodis inferioribus præst. Sic enim principes debent *Vodi* / *Hetti*, *Dedi*.

Dedi, Hettlin, Dotzlin, alumni, patres, pastores, Dii populi-
lorum est. Hinc & alia regio dicitur *Vodland* / nunc cor-
rupte *Voitland* seu *Vogtland*. Quia ea fuerit fortè provin-
cia per unum *Vodum* administranda. Ex et & nomen pro-
prium *Bodo*, quod est ipsum *Bot* / *foior*, pastor, alumnus,
Boite non recte dicitur, quia hoc significat nuncium.

Marschalcus, nullum nomen foediū est corruptum
per Italos, vel Scriptoreulos. Est enim etiam id, quod
Mehrer / seu major, & *Stalherr* / qui est magister equitum,
ab equitatibus gubernandis. Et dicendum ac scribendum
fuit, *Mehrstalherr* / id est, major, superior, summus ma-
gister equitum, qui est hodie titulus *Ducis Electoris Saxonie*. Ac si non fuisset vox ea corrupta, non esset opus nunc
addere *Archī*, *Ergmarschalc*; sed *Mehrstalherr* dedisset id,
quod *Erz vel archi*, cum, signicet summum magistrum
equitum.

Lotharius, Cæsar hunc *Lutherum* seu *Lutherum* vocat.
Est *Luther* frequens adhuc hodie nomen in Germaia, præ-
serim in *Saxonie*. Significat autem herum, seu dominato-
rem hominum. Lüde enim (ut dixi) *Saxonice* homines
significat, *Heer* herum seu dominum. Sed Cæsar, ut su-
pra dixi, *D* in *T*. solet mutare, fortè propter sequentes ad-
spiraciones, vel alias causas. Quare & hinc est u *Hollandi-
cum* seu *Pythagoricum*. Deinde *th* est *d*, tenue & molle.
Denique *Saxones* usque in hanc diem vocant *Lotharium*,
optimum illum Imperatorem *Keyser* *Lydher* seu *Ludher*.
Quod si Suevus audiret pronunciari, ficeret *Lidher* ex ipso.
Nam ipsi ex g̃ græco libenter faciunt i Latinum. Cæsar
autem volens per adspiratam reddere propriè *Ludherum*,
occasio fuit, ut postea *Lotharium* ficerent craſilingues. Et
lodic faciunt *Litter* / *Lötter* / & similia. Hinc *Lotharingia*
Ludhe-

Ludheringen / id est, Lutheri mansio, à nepote Caroli Magni, ab Historicis *Lothario* dicto. Nunc dicunt *Lottringen* crassissimè.

Amalasvitta, *Himelsbitte*. Sapientia coelestis, à Witte seu Witte; & cœlo, quasi divinitus erudita, *Urania*, *Diana*, *Theodidacta*. Vel si ab albedine eœli ducas, erit *Serena*. Nam Witte est etiam albedo, candor.

Rosemunda, *Rosemund* / os roseum; hoc non habet dubium.

Theudelina, *Dudelina*, à Deud/Dud/Död/scilicet parvula dea, sicut *Totilla* seu *Dödle*/parvus Deus, ut supra in Dietrich dictum est. Igitur diminutivum *Theudelina*, *Dudelin*/seu *Dydelina*, *Detzelina*, *Ditzeline* est eusebiola, piuscula, divula, divinula.

Frastrada: uxor Caroli Magni. Est Besfrat/ optimum consilium, Aristobula Græcè.

Francus, *Franciscus*; Liber, Liberius, Eleutheros, per syncopen seu synaloephen, à Fry & Anck/ quasi Fryanc: Fry/ Saxonice, Frei: diphthongo Suevicâ, est Liber adjective. Ancke est adolescens, juvenis, nomen hodie gentile multis familiis, & Encel/ Encle diminutivè dicitur adhuc juvenis arator, seu aratum gubernans, ut appareat Francos fuisse pubem seu juventutem, quæ se fortè servili bello per seditionem in libertatem asseruit. Die freien Knaben/ freien Gesellen/ die freien Bawren.

Franciscus græcâ imitatione diminutivum est, Frenkel/ Franklin/ Frenkle/ Frenkle germanicè Das Freibulin/ Freiknäblin; & Galli adhuc *Francum arbitrium*, *freien Willen*/ Liberum arbitrium dicunt.

F I N I S.

Gilh

33833

1280,-

Sammelband. 33 Schriften zur Reformationsgeschichte, darunter 10 die „Confessio Augustana“ betreffend. Altdorf, Frankfurt/O., Greifswald, Halle, Helmstedt, Jena, Jüterbog, Kopenhagen, Leipzig, Stargardt, Stettin, Wittenberg, zwischen 1592 u. 1731. 4to. Zus. ca. 1450 Ss. Mit einigen Holzschn. u. Druckermarken. HLdr. d. 18. Jh. (bestoß., Rück. läd.). 1280,—

Sehr interessanter Sammelband, meist Akademieschriften, zur Geschichte der Reformation, besonders zum „Augsburger Bekenntnis“, dessen 200jähriges Jubiläum eine große Anzahl von Würdigungen und Untersuchungen hervorgerufen hat. Zu den Autoren zählen A. C. Bauer, St. Besecenius, C. A. Bürger, Dan. Cramer, H. Ch. Crellius, P. Dolscius, G. Dünnebier, P. J. Eckhard, C. T. Rango, L. Rhodomanus, Nic. Selneccer u. v. a. Eine größere Zahl der Schriften sind sowohl Schottenloher als auch sogar Hammer (Melanchthonforschung) entgangen. — Bei 2 Schriften fehlt je 1 Blatt, teils gebräunt, einige alte Eintrag. — Genauere Angaben auf Wunsch möglich.

STMAR

Lederstück, Echtes neu
Überkopfseite aufrecht

4/82 10

